

12957.

1658, 12

12

DISSERTATIONES ACADEMICÆ
De
Ratione Status,

QUARUM PRIMAM
IN INLUSTRIS ALMA JENENSI
PRÆSIDE

M. JOANNE SCHMIDELIO,

LIPSIENSE

ad d. Augusti, A. O. R.

clō loc LVIII.

Publicæ Disquisitioni exhibet

CHRISTIANUS WITTIGIUS,

LANDSHUTTA-SILESIUS,

H. L. Q. C.

JENÆ

PRÆLO NISIANO.

165



DISSERTATIONES ACADEMICAE

Ratione Status

QUINTUS TRIMAN

IN INSTITUTUM ACADEMICUM

TRIMAN

M. JOHANNES SCHMIDT

TRIMAN

TRIMAN

TRIMAN

TRIMAN

TRIMAN

TRIMAN

TRIMAN

TRIMAN

TRIMAN

153





DISSERTATIO PRIMA
DE
RATIONE STATUS.

§. I.



Uemadmodum omnis de Ratione Status Disquisitio ardua imprimis ac intricata est, adeò, ut, quidquid subtilitatis est Politicæ, referri ad eam quodammodo possit, ita certè & auspiciū ejus ac primus veluti introitus haut vulgari difficultate laborat. Ibi enim quum necessaria sollicitudine indagare incipias, quidnam ea sit, & quousque latitudo ejus diffundatur, tot invicem sibi adversantes obviam habes sententias, ut, cuinam rectiùs suffrageris, ambigua mente diu hæreas. Et mihi quidem istud imprimis evenit, postquã aliquando ex communicatione Amici in Nobilissimi Itali *Palazzi* de vera Ratione status editum Commentarium tumultuaria lectione inciderem. Ille enim quum per aliquot operis sui partes nihil ferè aliud agat, nisi ut multiplici ac copiosò Discursu de ejus Definitione oppidò multas opiniones recēseat, examinet, & quamlibet rationibus suis exarmet, mihi quoq; de omni erroris suspitione alioqui securo non levi ambiguitate suspendit animum, quamnam inter eas existimarem optimam. Et diu sanè erat, quod ita incertis cogitationibus fluctuabam, donec tandem abductâ meditatione ab isthoc sententiarum conflictu, & re absolutiùs consideratâ eam amplecti visum fuit, qua *Ratio status* idem est, ac *prudentia inveniendorum & adplicandorum Consiliorum, quibus utilitas Reip. vel restituatur, vel conservetur, vel augeatur.*

A

§. 2. Quo



Dissertatio I

§. 2. Quo quidem pacto perinde nobis est, siue aperta & ordinaria ea media sint, siue extra ordinaria, varioque stimulationum furo obducta. Nam quod multi haecenus existimaverunt, ad posteriora dumtaxat Rationem statum esse restrictam, inde praecoci imaginatione delusos illos fuisse auguror, quod quum ob novitatem ac majus sui artificium frequentius & Nomine & Censuram audiverint ea notari, effecerint inde, & solis illis id nominis competere. Quod ipsum de iis quoque fortassis cogitandum erit, qui illicita saltem & inhonesta Consilia à Ratione statum proficisci crediderunt. Quasi verò vocabulum *Belli*, quia ut plurimum de bello publico tanquam nobiliori & magis conspicua specie dicitur, ad privatas quoque simultates pertinere hoc ipso desisset. Et licet fatear, quod objici haec posse videtur, ranti usum in significatione vocum valere, ut etiam si vel maxime siue ex origine, siue ex antiquo ejus usu aptior alicui nomini significatio tribui possit, frustra tamen eam recepturus sis, si hodierna consuetudo ab ea abhorreat. Uti sane voces: † *Cavillare*, * *Factiosus*, † *Fabula* &c. refragante nostri sermonis ingenio ineptè honestioribus rebus, quam ut haecenus fieri consuevit, adplicares, tametsi neque natalium neque vetustioris ævi notati sint infamia. Id ipsum tamen tunc demum verum esse judico, quum de tali vocis usu adeò inter omnes constat, ut nemo aliter eam citra insignem insolentiam usurpet. Ad quarum vero catalogum nostram hanc frustra referas, quando quidem huic significationi, quam in Definitione explicatam dedimus, etiamnum nonnulli Eruditorum adplausu suo patrocinentur.

Vid. præter alios D. J. B. Schuppius de Opin. p. 49. seq.

Vid. Hug. Grot. lib. 1. de J. B. & P. §. 2.

† Adi Taubman. ad Plant. Aulul. act. IV. sc. 4. * Adr. Turneb. lib. II. Adv. c. 30. † Jan. Gruter. lib. XVIII. sup. p. 35.

§. 3. Ne rationem tamen, quæ ista vocum harum acceptio tantopere nobis adrideat, dissimulemus, ipsam certè nativam ipsarum significandi vim urgere eam arbitramur. Sunt istæ verò Ratio & Status, quarum utraq; quum in signi ambiguitate laboret, evolvere eam haut indignum fortassis operæ erit pretium. Et quod ad priorem igitur, sumitur ea primò pro vii in homine ratiocinativa seu colligendi unum ex aliò. Quo sensu

De Ratione Status

Sensu Seneca inquit: Id in quoq^{ue} optimum est, cui nascitur, quo ten-
 setur. In homine optimum quid est? Ratio. Hec antecedit animalia,
 Deos sequitur. Ratio ergo perfecta proprium hominis bonum est:
 Cetera illi cum animalibus fati q^{ue} communia sunt. Secundo i-
 psium potius negotium hujus facultatis, ut ita loquar, intel-
 lectricis significat, quatenus ea vel iudicium de rebus exse-
 rit, vel pravus affectuum desideriiis reluctatur. In qua prio-
 ri significatione Plinius junior: summa, inquit, ratio sapienti-
 bus pro necessitate est. Et Paulus JC. l. cum ratio, ff. de bon. damn.
 Ratio naturalis quasi lex quedam tacita. Sic eodem modo
 λογος quoque apud Philonem usurpatur, ubi eum νόμος α-
 ψευδης, s. legem mentiri nesciam adpellat. Ad posteriorem
 vero referendum, ubi † Plato inquit: Rationem appetitionum
 sensus quasi equarum esse aurigam. Ex hac tertia illa fluxisse
 videtur quando idem significat, ac causa, qua aliquid proba-
 mus, id ita esse. Unde iterum Plinius, ubi de Consilio Pom-
 peji Saturnini dixerat, addit: Cujus mihi auctoritas pro ratio-
 ne sufficit. Quo pertinent egregia Augustini verba: Duplex
 est via, quam sequimur, quum rerum nos obscuritas movet, aut
 rationem aut certe auctoritatem. Quarto Computationi æqui-
 valet, quo sensu Rationem dictare, seu, ut Lambinus legit,
 ductare apud † Plautum perinde est, ac computare, συλλογισ-
 δει. Idem * putare Rationem cum Argentario inquit, uti &
 Propertius * scribere, & Cicero † accipere rationem dixerunt. Huc
 pertinet, quod * Columella ait: Nam ubi sit cum orco ratio po-
 nenda, ibi non modo perceptionem fructuum sed & vitam colono-
 rum esse dubiam. Simili loquendi formulâ utitur & † Varro,
 quem videas. Et ab hac significatione phrasî illa originem
 duxit, qua * Rationem Constare dicimus. Sic etiam & frequen-
 tius quidem in plurium, quàm singulari Numero usurpatur,
 unde voces ac formulæ istæ: Rationes accipere apud Petroni-
 um in Satyr. & * Senecam, inspicere apud eundem Consol. ad Helv.
 c. 10. disjungere apud † Plautum; agere, reddere apud Scævolam
 JC. l. 40. ff. de statut. procurare apud * Plinium, Rationibus

Epist.
 LXXVI. Sid.
 & Epist.
 CXXIV.
 lib. 1. Epist.
 12.
 lib. omnem
 virum bono
 esse liberum
 † in Phædro.
 lib. 1. Epist.
 VIII.
 lib. 3. de or-
 dine, ad quæ
 loc. Sid. Vas-
 quez. Dissp.
 LXII. c. 3.
 n. 10.
 † Amph. Act.
 11. sc. 2.
 * Aulul. Act.
 III. sc. 5. lib.
 III. Eleg. 22.
 † In Hortens.
 ap. Nomiã
 * lib. 1. de ra-
 Rust. c. 3.
 † lib. 1. de ra-
 rust. c. 4.
 * Sid. Lipsiã
 Comment.
 ad lib. 1.
 Ann. n. 37.
 * Epist. XIV.
 † l. c.
 * lib. VII. H.
 N. c. 16.

A 2

subscri



Dissertatio I.

lib. 2. Apol. subscribere † apud *Apulejum*; *Breviarium Rationum** apud *Suetonium*, quod *Rationarium* apud † eundem dictum videtur; *Rationum* prepositum apud* *Ansonium*, qui alias corrupta jam latinitate appellati sunt † *Rationales* &c. Quinto idem est, ac *modus seu agendi via*, quo pacto* *Probus* inquit, *Dionem* & *Heraclidem* omni ratione bellum comparare coepisse. Sic & *Julianus* J.C. l. 51 ff. ad *L. Aquil*: *Multa autem jure Civili contrarationem Disputandi pro utilitate communi receptae esse innumerabilibus rebus probari potest.* Sexto demum pro conditione seu presenti facie alicujus rei accipitur, unde apud † *Tacitum* *Ratio belli* conditionem ejus significat. Quae significatio procul dubio ad hoc praesens nostrum institutum spectat.

§. 4. Caeterum neque altera vox *status* unum semper idemque refert. Interdum enim idem est, ac habitus seu dispositio corporis, quam *Galli* *la posture* vocant. Quo sensu *Terentius* inquit: *Quis esset status? flabellum tenere te a sinum tantum.* Atque hinc stare in statu de iis quondam dicebatur, qui in *Circis* pugnaturi ad praelium se composuerant, de quo praeter alios Confer *J. Lipsium* in *Saturnalibus*. Nec infrequens est, quod eadem vox ordinem quoque seu conditionem vitae quoad fortunam, opes aut dignitatem alicujus significet, apud *Ciceronem* imprimis, qui in oratione in *Pisonem* deducere aliquem de statu vitae suae dixit. *Tacitus*: *mox a tritis opibus lubrico statu — tam prope ab exule fuit, quam postea a Principe.* Sic & *Probus* de *Dione* testatur, eum vitae status commutatam ferre non potuisse. Atque inde sine dubio *Dialectici* sibi solemnem hujus vocabuli acceptionem adornarunt, quando istud pro usurpatione *Termini* pro eodem Tempore, quod significatur adhibentes *Ampliationi* contradistinxerunt, de quo vid. *Cl. Dannhaverum* in *de a boni Disputatoris*. Tertio denique pro forma *Reip.* seu ipsa potius *Rep.* usurpatur, ex quo frequentes illae in *Politico*rum *Scholis* quaestiones ac formulae: *An status hujus vel illius rep. sit mixtus an simplex: statum esse optimum, corruptissimum* &c. Et haec significatio adeo fuit usitata *Ciceronis* a vo, ut integri

lib. III. Epist. V. ad Fratrem

libri

libri mentionem faciat, qui tunc de optimo reip. statu fuerit scriptus. Harum vero acceptionum quum nulla instituto nostro postrema hac ad commodatior sit, istud tandem inde conficitur, Rationem status nihil aliud esse, quam presentem Conditionem reip. quatenus illa tempestitiva ad conservationem sui media & Consilia requirat. Et hac stare posse existimo, tamen si vel maxime concedam, ab Italis rationem ac usum harum vocum fuisse derivatum, quibus *ragion distato* res ista audit. Nam si & hujus Nominis nativam significandi vim attendas, neque eam explicatae nostrae sententiae reluctari facile fateberis, ex quo etiam factum est, ut nec ipsi Itali satis se expedire possint, quousque tandem vocabuli hujus significationem extendere sit commodius.

§. 5. Atque haec quum ita sese habeant, liquido apparet, Scipionem *Amiratum* eam in hac sua latitudine rectius alio nomine exprimere, ubi eam *Regnativam Prudentiam* vocat, quam si eandem *Exceptiones Regias*, vel *Jura exorbitantia*, vel *Jura Dominationis* aut etiam *Arcana Imperii* cum Arnoldo Clapmario aliisque appellites. Quinimo ubi Cl. Boxhornius in fronte statim *Institutionum suarum Politicarum*, quarum & auctiorem & correctiorem editionem a Praeceptore nostro aetatem honorando Cl. Franckensteinio expectamus, scientiam Politicam ab usu distinguit, dixerim fere, usum hunc, qualem ille quidem ibi constituit, a nostra Ratione status haec multum differre.

Disc. Polit.
in lib. XII.
Ann. Tac.
c. 1.
lib. IV. de
Arc. Rer. p.
c. 2.

§. 6. Quibus ita explicatis ad rem ipsam seu Definitionem nostram superius datam revertimur, in qua finis ac prima & praecipua intentio, quae ratio status collimat, utilitas reip. vel promovenda vel conservanda constituitur. Quae utilitas quum saepe ab honestate aliena sit, imò non raro ei adversetur, inde facile colligimus, non semper Rationem status licite ac citra turpitudinis infamiam a Magistratu posse observari. Impiam enim ac omni peste perniciosiorem eorum judicamus sententiam, qui cum Sophocle nihilcum lu-
crum malum, nec quicquam gloriosum, nisi tutum, & omnia retinenda

ap. Athenaei
l. 3. Dipnos.
c. 34.
ap. Salust.
in Jugurtib.

A 3

de Do-



Dissertatio I.

de Dominationis honesta esse, id est, qui jura ac honesta quævis

ap. Thucyd.

lib. 6. Hist.

Sid. August.

lib. 3. de do-

ct. Christ.

c. 14. & Did.

Saavedr.

Symb. 32. §. 2.

Jac. Zevet.

ad lib. 1.

Flor. c. 6.

utilitate metiri cum *Euphemo* cogitant. Tametsi cognitum habeam, adeò nonnullis, ambitiosis præsertim magnæque potentia viris eandem placere, ut quamquam non verbis semper, factò tamen pro eâ tanquam pro aris & focus pugnent. Quod uti probè cognoverat Clemens VIII. Pont. sic Henrico IV. Regi Galliaæ fœdus cum Elisabethâ Angliæ Regina superiori seculò adleganti verè respondit, *Nihil sibi Principes non permittere, quod utile esse putarent.* Licet id fortassis in Principib9 æquiori animò ferendum, quod ab iis etiam, qui præcones se Justitiæ Regiique officii Magistros profitentur, ita eos informari constet. Ipse *Fredericus de Marselaër*, qui non ita pridem Commentarium de Legato ejusque munere scripsit, inter alia argumenta, quibus Legatus suo principi bella suadere debeat, barbarum istud ex barbarò Tiridatis ore usurpare non erubuit*: *Non ignaviâ magna imperia contineri, virorum armorumque faciendum certamen. Id in summâ fortunâ æquius, quod validius. Et, sua retinere, privata domus; de alienis certare, Regiam laudem esse.* Quo ipso quantum officii sui scopum consequutus fuerit, qui Legatum informare statuerat, cui recti honestique cura pro lege esset, ipse viderit. Istud interea dolendum, inter ipsas Cimmerias gentilitiæ superstitionis noctes non defuisse longè vercundioris mentis ac oris quàm plurimos. Quis nescit *Aristidem* nunquam eò permoveri potuisse, ut honestis consiliis utilia præferret. *Catoni* certè istud solùm visum est rationem habere, quod haberet justitiam, teste *Paterculo*. Et *Procopio* ea demùm Consilia probantur, quæ justitiam ducem, comitem tantùm utilitatem haberent.

§. 7. Neque est, quod heic objicias, solutum esse omnium juris ac legum vinculo Principem, quia summâ sit instructus potestate, nec alium quemquam superiorem se agnoscat. Quia enim observatæ justitiæ laudem tunc tandem quis meretur, quum actiones suas ad certam quamdam vivendi normam, cui ut conformiter vivat à superiori obligatus sit,

Vid lib. 2.

dis. 21. *è

Tacit. XV.

Ann. 2.

lib. II.

Persic. lib. 2.

Vid. & lib. 2.

Gothic. 8. 7.

in 6.

tus sit, componit, Princeps verò, sive quicumque independenti arbitrio in Rep. liberâ regnat, superioris imperio obnoxius non sit, neque jus à quoquam accipere, atque hinc nec justè vel injustè egisse censeari poterit. Non, inquam, est, quod sic objicias.

Quod enim Dio ait, *liberum Principem esse, suiq. potentem ac legum, πάντα τε οἷα βέλονται, ποιῆ, καὶ πανθ' ὅσα αὐτὸν μὴ βέλονται, μὴ πλάτῃ, ut ἔ, quod vult, faciat, ἔ, quod non vult, non faciat*, nisi vel de Legibus positivis, vel de exemptione à pœnis humanis id intelligas, tanquam absolute verum admitti non potest. Et sanè si de veritate hujus rei constaret, in inani alienæ laudis titulo Principibus conciliando frustra eos operam locasse sequeretur, qui augustissimum justitiæ exercitium in iis extulerunt. Quid enim vero esset, quod Seneca ait: *Pietate ἔ Justitiâ Principes Deos cymb.*

Lib. LIII

fieri? Quid, quod Homerus propter officium justitiæ Reges Alumnos Jovis, *διοτρεφέας βασιλεῖς* fieri existimet? Imò falsum quoque esset, cujus tamen veritatem nemo hactenus in dubium vocavit, Xenophontis illud enunciatum: *ἐγὼ τὸ εὐδέν νομίζω γε ἀνδρὶ ἄλλως τὴν ἀρεχοντι καὶ ἄλιον εἶται κῆμα, ἔδὲ λαμπρότερον δρετῆς καὶ δικαιοσύνης, Ego verò nullas divitias viro ac Principi præsertim pulchriores honestioresq. esse censeo quàm Virtutem ἔ Justitiam.*

Apoctol.

in Exped.

Cyril. lib. 7.

§. 8. Atque ut tantò magis adpareat, non tam sui juris Civitatum esse Rectores, ut solum eorumdem arbitrium pro supremâ juris ac æqui mensurâ agnosci debeat, ostendemus paulò prolixius, unde superior illis præcipiendi accedat auctoritas. Et primò quidem nemo facilè negaverit, Deum esse, qui ut omnium omnipotens est Conditor ac moderator, sic & imperium sibi ac jus in Principes quoque reservaverit. Nam quod Cleon Alexandro Regi suo persuadere olim contēdebat, Deum orbe ex communi diviso Magistratibus terram pro qualicunq. lubitu regendam tradidisse, sibi verò tantum cœli regimè destinasse, ut turpe regis favoris erat augurium, sic à veritate quàm longissime distabat. Atque hinc nec Cestius illud apud C. Tacitum: *Principes instar Deorum esse; eo sensu*

lib. 3. Ann.
verit. nat. c. 36.

Dissertatio I.

veritatis laudem retinebit, si ex iis confirmare cupias, ut Divinum imperium ab omni parte absolutissimum est, ita neque istud, quod Magistratui mundano comperit, ab alio pendere.

Rom. XIII, 1. Pendet omnino istud ab arbitrio Divini Numinis, ac nulla sane in terris potestas est, quæ inde suam non ducat origi-

Panegy. c. 8. nem. Id quod præter alios *Plinius Junior* agnovit, dum de electione *Traiani à Nervâ* factâ hæc verba effatur: *Sibi enim*

ap. Georg. Cordinum *Di* gloriam illam vindicaverunt; horum opus, horum illud imperium: *Nerva tantum minister fuit.* Hinc etiam *populus Constantinopolitanus*, ubi intrantibus Principibus suis bene

Gulgo Euro- precari voluit, isthac formula usus est: πολυχρόμιον ποιήσθ' ὁ
palatem in θεός τῷ θεο παρέσληπτον καὶ θεοφρέτητον κατὰ αἰαν καὶ αἰαν βασι-
offic. Aulic. λειαν σὺ εἰς πολλὰ ἔτη. *Longævum servet Tibi Deus sanctum im-*

Constanti- perium *Tuum*, quod ipse tibi dedit & custodivit. Eaque propter
nop. Conf. & Augustin. in Principum actiones & judicia intentus minima quæq; at-
lib. 5. Civ. D. tendit & examinat. Id quod eos tempestivè *Silius* monuit,

6. 26. versibus *judiciò Barthii* perpetuâ memoriâ dignis:

ad Claudia- *Iustitia cultor quæcunq; capeffes,*

ni IV. Cōsul, *Testes factorum stare arbitrare Divos.*

Honor. 8. 98. Cui etiam ideò rationem omnium illorum, quæcunq; ege-
comm. lib. runt in terris, reddere tenentur. Quo teneri se apud *Aur.*

XV. Punic. *Cassiodorū* ipse *Vitigis Rex* confitetur, ubi inquit: *Causa Regiæ* potestatis supernis est adplicanda *judiciis*, quandoquidē illa è cælo petita est, & soli cælo debet innocentiam. Quò pertinet *M. Aurelii*, Imperatoris ac Philosophi sententia, qua *Magistratus* dixit de *Privatis*, *Principes de Magistratibus*, Deum verò de *Principibus* *judicare.*

§. 9. Quia verò *judicium* de alicujus vitâ & actionibus institui non potest, nisi habuerit ille certam ac sibi quidem præscriptam vivendi regulam, ex cujus observatione vel neglectu de illius obsequiò vel pertinacia æstimium fieri possit, hinc & *Principem* legibus à Deo, *Judice* suo sibi datis teneri meritò colligimus. Ac istæ quidem illæ leges sunt, quarum observantiam non necessariam tantum *Principibus* esse, sed & imprimis auctoritatem ac famam eorundem augere censuit

De Ratione Statu.

censuit Chrysostomus, ubi laudaturus Clementiam ita inquit: τὸ γὰρ πάντα ποιεῖν ὑπερπέρας τῆς βασιλείας (quo ad immunitatem scilicet à pœnis temporalibus, vid. supra §. 7.) κατέχειν ἑαυτὸν καὶ τὴν τῶν Θεῶν νόμον ἡγεμόνα ποιῆσαι τῶν ἔργων. μέγα μὲν εὐφροσύνη τε καὶ δόξα. Cum regia potestas omnia permittat, semet retinere, ac Divinam legem actionibus suis ducem præficere, egregium est ad famam gloriamq.

§. 10. Quamquam autem omnem illam legem, ad quam ex æquo obligantur homines, Divinam quodammodo appellare possis, quo sensu Euripides in supplicibus, & Sophocles in Antigone jus sepultura δαιμόνων ἢ Θεῶν νόμον vocat, quod tamen idem Euripides νόμον τῶν ἁγίων paulò antè dixerat, propriè tamen & ex communiori usu loquendi ea tantum sub isto nomine comprehenditur, quæ vel mentibus nostris à Deo impressa, vel ex speciali revelationis gratiâ certis characteribus ab eodem per ministros suos nobis communicata est; quarum hanc legem DEI absolute, illam verò legem s. jus natura dicimus. Quæ duæ quantum inter se convenient, & quod utraque divina rectè vocetur, præfatus jam Chrysostomus inquit, ita inquit: ὅταν τὸ εἶπω τὴν φύσιν, Θεὸν λέγω, ὃ δὲ τὴν φύσιν ἀμειβεθήσασ ἀπὸς Θεοῦ. Quum naturam dico, Deum dico; is enim est, qui naturam constituit. Imò, & apertius quidem Ambrosius, ubi de fuga seculi differit, his verbis: Lex (Divina scil. de eâ enim ibi loquitur) gemina est, naturalis & scripta, naturalis in corde, scripta in tabulis.

§. 11. In quibus quidem verbis legem Dei scriptam ad eam dumtaxat Beatus Pater determinat, quæ præceptis fidei opposita Jullitiam vitæ producit, & observata hominibus pietatis ac sanctitatis gloriam conciliat. Ubi tamen nos pro instituti nostri ratione significatione vocis paulò amplius extensa, præscripta quoq; ac regulas fidei & religionis ad hanc legem referimus, maximè, quum neque Sacer Codex ab isto loquendi usu abhorreat. Nam Paulus etiam, ubi quærit, quid jactantiam meriti ac operum nostrorum sustulerit, id factum fuisse respondet, ἀπὸ νόμον πίστεως, per legem fidei.

Tertull. lib. ad G. Judaos, in limine

in Epist. 1. ad Corinth. 6. XI, 8. 30.

ad Philipp. III, 6.



70
fidei. Ut eã ratione utraque & Pietatis & Religionis præcepta sub hac lege Divinã comprehendi, atque hinc ad utriusque observantiam adeò obligatos Principes esse statuamus, ut secularis utilitatis gratiã à neutro ne latum quidem unguem citra maximum piaculum recedere queant.

§. 12. Ex dictis autem in proclivi est, Religionis vocem Theologicè magis heic atque eò sensu sumi, quo existimationem illam, quam de se suaque benignissima voluntate haberi Deus voluit, significat. Nam quatenus ea vox interdum, à profanis præsertim scriptoribus pro externã tantum Religionis administratione, eorumve procuratione accipitur, sine quibus exerceri illa commodè non potest, quemadmodum ea quidem ut plurimum à constitutione ac ordinatione humanã dependent, ita sanè nil obstat, quò minùs aliquando urgente præprimis gravi causa mutari in iis aut abrogari aliquid possit. Quapropter etiam si si quid rebus opibusque Divino cultui consecratis humani commodi ergò fuerit subtractum, Ethnici juxta ac Christiani Nominis viri contra religionem factum existimaverunt, posse tamen illud citra Conscientiã notam à Magistratu Politico fieri, si aliter salus publica conservari non possit, paucos sciam qui negaverint. Conf. *Berneggeri Questionem CLXXX. in Tacitum.*

Idea Principis. symb. XXV.

† *In Excerptis IV, 4.*

Et gratulor sanè mihi, patronum hujus sententiã ipsum quoque *Saavedram* invenisse, qui alioquin ærarii sacerdotalis & augendi & conservandi non levi curã tangitur. Cæterum huc facit, quod præter † *Senecam* apud *Plutarchum* *Tiberius Gracchus* inquit: *ἱερὸν καὶ ἄσολον εἶδέν ἕτως ἐστίν, ὡς τὰ τῶν Θεῶν ἀναθήματα. χεῖρα τὴν τῆτοις καὶ κινεῖν καὶ μεταφέρειν ὡς βέλεια τὸν δῆμον εἶδεις κενώλουε.* Nihil tam sacrum sanctumque est, quam quæ Deorum honori dicantur. Et his tamen uti populum, hæc transmovere nemo prohibet.

§. 13. Sed interior ista Religionis facies & ipsa Christianæ fidei sinceritas tantum abest, ut pro incertæ fortis inclinatione vel dissimulari vel depravari possit, ut potius indignissimum esse judicemus, incorruptã quoque religione non alio fine

liô sine uti, quam regnandi instrumentô. Vid. Cl. *Forstnerum* observ. ad lib. II. *Annal. Tac. p. m. 180.* Nam alia nostra in hoc negotio conditio est, quam quidem olim erat Ethnicorum, qui verâ de Deo ejusque voluntate notitiâ destituti Deorum suorum cultum pro ratione status informabant, ut vel sic tandem utilitatem devotionis suæ impetrarent. Quod ipsum in sequenti Dissertatione contra Scipionem imprimis Admiratum disputaturus ostendam prolixius. Nostrâ verò ætate, quam cœlestis ille revelationis fulgor inlustravit, quum sat edocti Principes sint, non aliam Religioni Christianæ metam quam salutem animæ præfixam esse, stultum utique ac temerarium foret, eodem pretio pretiosissimæ frugis dispendio deteriorem redimere. Concredidit equidem Deus Ter Optimus verbi sui curam Magistratibus, verum non ut turpi abutendi libidine bona caduca eô lucrari, sed potius ut quàm sanctissimum istud purissimumque conservare debeant. Atque hoc est, quo aurem illis *B. Augustinus* vellicat, *Contra Cresc.* inquit: *In hoc Reges, sicut eis Divinitus præcipitur, Deo scientiam Gram. serviant, in quantum Reges sunt, si in Regno suo bona jubeant, mala prohibeant, non solum, quæ pertinent ad societatem, verum etiam, quæ pertinent ad Divinam Religionem.* Quod quum neglexerint olim Britannorum Reges abjectoq; cœli terræq; metis propriis ad inventionibus & libidinibus populum duxerint, meritò illos in *Invektivâ suâ* traducit *Gildas.* Ut à censurâ, qua criminis hujus multoties convicta Romani Præsulis impia temeritas dignè notari possit, mihi temperem.

§. 14. Neque verò minori pertinacia & dexteritate eorum, quæ ad cultum Dei, veræque pietatis exercitium pertinent, in qualicunque fortunæ statu salvâ conscientiam curam habere Princeps poterit. Una enim & eadem semper ratio est, qua coli se purasque ad se levare manus Divinum Numen voluit, quam ideò nemo hominum vel corrigere vel ad alium finem, quam Divinam gloriam destinare poterit, nisi extremam ejus excitatam velit excandescentiam. Hinc ut nihil in speciem fallacius, ita nec magis quicquam impiû est, quàm ubi

Deorum numen prætenditur sceleribus, Livius lib. XXXVIII. Scelsteque agunt illi Principes, qui desiderium suum & ambitionem pietatis titulo velantes religione ludunt, & ab hac, quod aliter haut possunt, impetrare cogitant. Quod quemadmodum apud Gentiles usu frequens erat, qui nefandissimorum quoque homicidiorum flagitia religiosâ feralis gladii consecratione excusare satagebant, ita dolendum sanè, neque nunc inter Christianos morem istum desisse. Cujus tamen nullum ex hoc nostro seculo talium imprimis abundantiam exemplum, quia id fortassis odiosum foret, citantes ejus saltem ex antiquâ Josephi historia recordabimur, qui pietatis imagine triginta millium hominum adjutorio stipatus Hierosolymæ regnum, quamquam, uti fas erat, irritum successu affectabat. Sed addimus tamè Ferdinandum Arragoniæ Hispaniæ Regem, de quo testis est Guicciardinus, quòd omnes suas cupiditates colore religionis texerit. Atq; hoc veluti impium ac summè flagitiosum est, ita ipsi quoq; salutis publicæ ac temporariæ utilitati haut levi tandem obstaculo esse solet. Nam plebs tantoperè religionis prætextu delusa omnè illam ad similem fraudem referet, unde & ejus obsequium & magistratum auctoritas, cui præcipuum à pietate fulcimentum est, præcipiti casu concidere solet. Et hoc sensu verè apud Dionem dixit Mecoenas: Pietate adversus Deum sublata etiam societas generis humani, & una, excellentissima virtus justitia tollatur necesse est. E contra felix eris.

οὐ μὲν αἰεὶ

Ἐν θαλίῃσι θεῶν τιμῶν γένοις αἰεὶ ἑόντων.

εὐτ' ἂν δὴ πρότερον θνητὸν θείοιο σεβίζῃ

τηνίκα σοι πόλεμος τε καὶ ἐμφύλιος ἐπίσῃ ἤξει.

quæ Sybaritici olim oraculi erat responsio, quam ita interpretatur Jacob. Dalechampius:

Dum rebus latis venerabere numina Divûm.

At simul atq; illis mortalis homo anreferetur.

Tum veniet bellumq; tibi atq; domestica turba.

§. 15. At-

ap. Athen.,
lib. XII, Di-
pnoſc. 6.

§. 15. Arque hi quidem ab una parte carceres illi sunt, quibus Rationem status dominandi que licentiam Deus circumscriptit. Quos ab alterâ vero constituit, principia sunt juris & honestatis naturalis, humanæ naturæ ab ortu statim communicata, quibus quid faciendum sibi in vitâ sit, imprimis quatenus cum aliis societatem colit, ilicò cognoscit. Quamquam verò & easdem naturales leges Deus in revelato verbo suo, variis in locis plenius explicaverit, confirmaverit, magisque conspicuas fecerit, non frustra tamen illas à scriptis distinximus, quod ante revelationem illam quoque in mentibus hominum extiterunt.

§. 16. Cæterum dum naturalem honestatem diximus, non eam simul volumus intellectam, qua pro communi gentis arbitrio & consuetudine actus aliquis in se neque turpis neque honestus pro infami habetur. De hoc enim admitti potest, quod Livius ait: *Rebus extremis honesta cedere utilibus.* lib. XXII. Quibus similia sunt, quæ Thucydides habet lib. V. c. XVI. Imò huc quoque pertinet Valerii istud: *Cedit interdum generosus spiritus utilitati, & fortuna viribus succumbit, ubi, nisi tutiora elegerit consilia, speciosa sequenti concidendum est.* *lib. VII. c. 6.*

§. 17. Verum id potius hoc in locò honestum appellamus, quod equitati naturæ consentaneum est, Bodin. lib. I. de Rep. c. VIII. §. 98. hoc est, de quo ratio nostra ab omni etiam vi aut præconceptâ opinione libera statim judicat, id fieri oportere, nec citra maximum scelus posse omitti. Quod iudicium in Tyrannis imprimis adparet, qui quum ex hominibus non facile habeant, quem timeant, admissorum tamen flagitiorum recordatione inquieti admodum sunt, scelerisque patrati supplicium in iis exercent curæ, ut loquar cum Thebaid. Quales conscientia stimuli apprimè Neronem exagitabant, quando quidem ipse commisso immani parricidio, sæpe confessus est, turbari se maternâ specie verberibus furiarum, apud Sueton. XXXIV. Ner. Et illum apud Egesippum tantæ sceleris immanitas mentem exulcerabat, non somnus oculis, non quies animo dabatur. *lib. I. c. VII.*

B. 3.

§. 18. At-

§. 18. Atque ad hanc quidem honestatem pertinent imprimis *virtutes Ethicæ*, sine quibus prudentia & sagacitas fomes esse solet omnis vitii ac turpitudinis, prout istud in *Leone X. Pontifice* affatim experta est ætas nostra, de quo vide, quæ habet laudatus *Guicciardinus lib. XIV. Hist.* Sicut tamen, ut ipsæ reverà tales sint, non ut speciem saltem aut simulacrum virtutis referant, reliquis iniquitatis cæno undiquaq; conspurcatisimis. Nam solent interdum Principes, sive quod ipsi tā astuti sunt, sive quod à gnathonib; suis ita informantur, Othonis exemplo, quæ alii scelera, remedia vocare; dum falsis nominibus severitatem pro severitiâ, parsimoniam pro avaritiâ, supplicia & contumelias militum disciplinam appellant. De qua etiam fraude Catonis querelam *Salustius* his verbis adnotavit: *Jam pridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus, quia bona aliena largiri, liberalitas; malorum rerum audacia, fortitudo vocatur.* Sed tantum tamen abest, ut imposturis talis modi veniam à Deo vel conscientiâ suâ impetrent, ut geminato peccati scelere iram potius ejus & cruciatus tantò reddant vehementiores. Uterque enim actiones illorum ad dictamen legis naturalis, rectæque rationis judicium, prout istud intra mentem sese exserit, examinat, quibuscunque eæ coloribus ad fallendum ut plurimum excogitatis aliorum oculis sistantur. Ut mirum adeò sit, eò temeritatis ac impudentiæ abductum fuisse *Maachiavellum*, ut existimaret, virtutes Principi necessarias non esse, sed sufficere, si eas habere se simulet. Quo ipso quam invidiosam illam calliditatem Othonis adprobet, satis prodit, de qua scilicet hæc effatur *Tacitus*: *Otho interim contra spem omnium, non deliciis, neque desidia torpescere, dilato voluptates, dissimulata luxuria, & cuncta ad decorem imperii composita. Eoq; plus formidinis afferebant false virtutes & vitia reditura.* Vide *Eundem de Sejano lib. 1. V. Annal. c. 1. de Licinio Muciano lib. II. Histor. c. 5. & Vespasiano Titog; ibid.* Satis equidè industriæ solertiæque ad istam virtutum & vitiorum callidâ mixturam requiri haut nego, eandem tamen Christianæ pietati communiq; honestati non adversam esse, atq; hinc nec vituperiû mereri valdè dubito. *Nulla certè tanta est*

Tac. lib. I.
Hist. c. 37.

Catil. c. 52.
vid. & Bæ-
cler. ad l. I.
Hist. Tac. c.
37.

Saabe. symb.
XLVIII.

adde Pic
carti Decad.
I. c. 8.

In Princ. c.
vid. Saabe-
dr. symb.
XVIII. &
Steph. Hun-
nium, vin-
diciis contra
Tyrannos.
lib. I. Hist.
c. 71.

va est astutia, quæ naturam aliquam malam vestire sic possit, ut usq̄
 quaq̄ bona adpareat. ut citato symbolo verba sunt Saavedra. Quæ
 quam quod ad Machiavellum, excusatione fortean magis ille
 dignus erit, utpote à cujus scriptis animum ejus longè abfuis-
 se multi testentur, quàm illi, qui hujus vestigia sequuti ean-
 dem firmo animi consilio sententiam amplexi sunt. Inter
 quos *Ærodius* quoque esse video, qui lib. V. *Rerum judicat.*
tit. IV. ita inquit: *In iniquo judicio latet equitas nonnunquam, &*
quod damnatione adsequi non possumus, contrario judicio utile est,
quandoq̄, experiri, &c. Nam ut ex malis nocivisq̄, interdum et-
 iam medici componunt ac miscent salutaria pharmaca, sic quan-
 doq̄, iniquiore jure ad salutem & majorem equitatem abutimur;
 dum utile justo atque honesto componimus. Cui, quod mirere,
 ante aliquot annos in Academia Francofurtensi calculum
 suum adjecit Professor quidam Publicus, ac U. J. Doctor,
 qui Disputatione publicis characteribus edita de Bono
 Principe eadem ipsa Hetrusci Politici dogmata publicè non
 sine multorum stupore defendenda sibi sumpsit. Cui, omni-
 busque ejus secutulejis nihil aliud reponimus, quàm verba
 Ciceronis, quæ habet lib. II. de officiis: *vera gloria radios agit,*
atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter tanquam flosculi
decidunt, neque simulatum quicquam potest esse diuturnum.

§. 19. Ut omnes autem virtutes hæc Magistratui cor-
 di esse velimus, eas tamen inprimis illi necessarias arbitra-
 mur, quæ vincula quasi sunt societatis humanæ, *Concordiam*
puta & veritatem. Quarum illa præcipit, ne quemquam sine
 causâ lædamus, aut, quod ejus est, violento raptu vel per in-
 fidias auferamus; hæc verò, ut partim verba nostra, aut quæ
 horum instar sunt, cum animo concordent, partim etiam ut
 ea tenaciter serventur, de quibus nobis cum aliis convenit.
 Prioris limites transiliunt omnes illi, qui inlatis armis ex so-
 lâ regnandi vel divitias coacervandi libidine aliorum opes
 regionesque diripiunt, vastant & depopulantur. Qui ὡς οὐκ
 ἀδικον τὰς ἀσυγγειτονας κατὰ δόξαν, καὶ τὰς μηδὲν ἀδικήντας πολ-
 λαίς ἔδδεν φεγνίξουσιν, ut loquitur *Aristoteles lib. 1. Rhet. c. 3.* id
 est,

est, quomodo justum sit, vicinos innoxios in servitutem redigere, sepe nihil curant. Quibus pulchrum videtur ex omni occasione querere triumphum, ut Plinius ait in Panegyri. c. XVI. Cujus quidem impii furoris (ut Lactantius alicubi armorum hanc licentiam vocat) infamia nullum propè ab orbe condito seculum fuit, quod non laboraverit. Si verum fateri audeamus, inquit Salustius, plerisque Regibus una & ea verus causa bellandi est profunda cupido Imperii & divitiarum. Quum tamen iniquitas tantum adverse partis justa bella ingerat, teste Augustino, & ea bella, quæ sine justitia seu, ut Cicero ait lib. III. de Rep. sine causa suscipiuntur, magna potius atrocitas mereantur Conf. Senec. adpellari. Quò & illa pertinent, quæ ἡ δυσμενείας ἀλόγως ἐκείναι, ut Agathias loquitur lib. II. id est, ex cæcò quodam odio, vel inclarescendi cupidine †, qualia Demetrii apud Plutarchum, vel ex ferocità aut bellandi consuetudine, ob quam antiquos Britannos in armis semper fuisse ex variis Auctorum locis Nob. Barthius* ostendit, vel ex alià quavis injustà causa geruntur. Imò & illi hec peccant, qui ut illatorum armorum, invidiam à se amoliantur, variis injustæ offensiones stimulis alterum lacesunt, ut ille vindictæ desiderio abreptus exsuscitato primum belli cacodamone populorum odium & indignationem sustinere cogatur. His igitur mediis si quis velit statum suum conservari vel augeri, non modò illicitum id foret, sed omnibus quoque cordatis abominabile.

§. 20. Ad veritatem devenio, cujus præceptum esse diximus, ut verba, aut quicquid horum instar est, cum intimis animi sensibus conveniant, atque ut ea imprimis, quorum bonà fide facta est promissio, servantur. Quæ virtus ut ab omnibus hominibus æquè requiritur, sic Principi imprimis necessaria est & decori. Non decent stultum verba composita, ait Sapientissimus Regum Salomo, nec Principem labium mendax. Cui consonum est, quod de Ptolomæo Arrianus lib. I. dicit: καὶ αὐτῶ βασιλεῖ ὄντι αἰχρῆτερον ἢ τὰ ἄλλα ψέσασθαι ἦν. Ediversò ὁ μεγαλόψυχος παρρησιαστικὸς καὶ ἀληθευτικὸς, teste Stagyritâ. Et ob eam insigniter commendat Julianum suum Ma-

in fragm.

lib. IV. c. D.

c. 4.

Conf. Senec.

Epist. 96.

Just. Mar-

tyr. Apol. 2.

& August.

lib. IV. c. D.

c. 4.

† vid. Id.

August. l. c.

III. 14.

* Animadv.

In Rutil.

Numat.

l. 499.

Prov. I, 7.

lib. IV. Eth.

c. 16.

um Ma-



um Mamertinus, ita inquit: *Mira est in Principe nostro mentis linguaque concordia. Non modò humilis, & parvi animi, sed & servile vitium scit esse mendacium: & verè cum mendaces homines aut inopiã aut timor faciat, magnitudinem fortune sue Imperator, qui mentitur, ignorat.* Atque hinc improbandus mos ille, quem tanquam haut infrequentem hodiè *Traj. Boc-RagguCent. calinus* perstringit, ut, quum fumum vendere privatis interdicitur, *II. c. 65.* solorum Regum mercatura sit.

§. 21. Quamquam hoc ipso non omne simulandi dissimulandiq; artificium dissuadeam aut carbone consignem. Proprium enim ac penè necessarium iis est, fallere, qui civitatum gubernaculis præsunt, ut iudice *† Boxhornio* verisimè *† Platon* dixit. Nisi simul arcana omnia & artes, quas *simulachra* *† Emblem. Polit. XVII.* *† fortè è lib. III. de Rep. * lib. I. Ann. c. LXXVII.* ** Tacitus* vocat, in administratione velim abesse, sine quibus certè languida ea sit oportet & admodum difficilis. Neq; fraudi quisquam facile *Friderico I. Imp.* vertet, quod symboli instar hæc verba sibi esse voluerit*: **NESCIT REGNARE, QUI NESCIT DISSIMULARE.** Maximè, quum neque Sanctissimos viros, inter hos Divinitus informatum *Jfraelitarum Regem* *† Salomonem*, ab istius generis artibus abhorruisse constat. Imò & *Josephus*, ** quum fratribus dispensatoriã severitate crimen explorationis inureret, inculpata falsiloquentiã exemplum se constituit.* Ut taceam, quæ de ipso *Servatore nostro* hæc afferri possint. Ex quo colligas, crudè nimis à *Cicerone* dictum esse: *ex omni vitã simulationem dissimulationemq; tollendam.* Qui quantum sibi constat, ipse videat, dum *Planci sententiã*: *Ut quis ad effectũ consiliorum suorum veniat, multa simulet oportet invitus, & dissimulet cum dolore;* alibi adprobat. Et quid impediatur, quò minus aliquando cogitationum mearum consilia, si imprimis ab eorum evulgatione periculum imminet, silentii si pariò contegam? An enim falsum est, quod *† Augustinus* ait: *Licet veritatem occultare prudenter sub aliquã dissimulatione?* Imò neque tunc facile animi illa ac linguæ discordia improbabitur, si ejus, cui eã imponitur, propriam salutem resultaturam inde speramus. Nullum equidem sciam, qui

C

am, qui



am, qui mendacia uti vocant, officiosa cum qualicunq̄ue vi-
 tio vel increpationis merito conjuncta esse existimaverit.
 Qualia imprimis tunc esse præsumuntur, quam subditis à
 Magistratibus suis dissimulationis larva obrenditur, ut inde
 scilicet tantò faciliùs utilitatem communem possint elicere,
 sine cujus intentione & id, quod optimum alioqui, vitiò non
 caret. Et hujus quidem generis fraudem additâ adproba-
 tione *οἰκονομίαν* vocat *Chrysostronus* in *I. ad Corinth. IV, v. 6.*
 eamq̄ue alibi *ἀπάτη* malitioso dolo opponit. Cujus etiam lau-
 dandi animo his verbis alicubi *Xenophon* utitur: *Φίλῃς δῖναί.*
οὐ ἐξ ἀπατῶν, ἐπὶ τὴ ἀγαθῶν. Quamquam neque mendacium o-

Satyr. p. m.
30.

mine in damnum potens, ut *Petronius* loquitur, vituperio tradu-
 ci dignum sit, nisi simul juri ejus repugnet, ad quem sermo
 notavè alia dirigitur. Modò etiam damni illius inferendi
 justam habeamus causam. Quo pacto si in compendium
 victoriæ externa & fictâ consilii sui specie hostis hostem sedu-
 cere potest, non id crimini illi erit imò laudi potiùs quod
 tot hominum vitam lucratus eò citius armorum suorum sco-
 pum attingere studuerit. In quam sententiam verè apud
Thucydidem lib. *V. Brasidam* dixisse memini: *Tunc belli consilia*
pulcherrimam laudem habent, per quæ hostes maximè decipiun-

Quest. X.
Sup. Jos.

adi Hug.
Grot. lib. III.
de J. B. & P.
c. 1. §. 7.
seqq. Saa-
Bedr symb.
XLIII. Ber-
negg. quest.
CLXXXII.

tur, & amici plurimum juvantur. Cui neque *Augustinus* re-
 fragatur, sic inquires: *Quum quis justum bellum susceperit,*
utrum apertâ pugnâ, utrum insidiis vincat, nihil ad justitiam in-
terest. Ex quibus omnibus Phœbò apertius est, † non ubi-
 que simulationem exilium mereri, sed tunc tandem, quum,
 ut modò subinnumus, illi, ad quem fallax istud signum di-
 rigitur, jus aliquod annihilari vel eripi injustumq̄ue dam-
 num inferri tentatur.

§. 22. Atque quia promissio jus ei dat, cui promittitur,
 aut cui pro negotii natura promissum censetur, in eam rem,
 cujus facta est promissio, ultrò infertur, Principē domesticæ
 utilitatis ergò posse ea, ad quæ bonâ fide se obligavit, pro ar-
 bitratu suo neque ipse, neque per alios rescindere, & imple-
 tionem eorum recusare. Quin potiùs in hoc casu requiri-
 tur,

Matthiæ
lib. II. Disc.
v. in Lib.
Matthiæ
Monarch.
IV. in Frid.
à alios

tur, ut quemadmodum quidem *Pindarus* loqui amat, linguam faciat æneam incude non mentiente. Quod eleganti carmine *Güntherus*, Poëta non indignus qui accenseatur veteribus auctoritate *Ligur. III. v. 513.* ita expresit:

*Non decet in labiis versari lubrica Regis,
Nec decet ore sacro mendacia cudere Regem:
Sancta & plena suo sunt regia pondere verba,
Dicta semel nullum patiuntur jure recursum.*

Idque æquum est, observet, sive subditis suis, sive externis rebus publicis, hisque vel amicis vel hostibus promissorum contractuumve fidem præstiterit. Nam verissimum omnino est, quod ad *Alphonsum Calabriae Ducem* *Jov. Pontanus* in Cōment. de Princip. à Nic. Reus-nero edito. aliquando perscripsit: *Nihil turpius est, quam fidem non servare: cujus tanta vis est, ut etiam hosti, si data sit, servare tamen eam oporteat.* Atque hinc nemo *Ottonem III.* laudabit, qui obsessum in *Adriani mole Crescentium* fide per *Tanaum* hominem sibi familiarissimum data se dedentem, necavit supplicio. Quamquam dolendum magnopere sit, detestandam illam ac impiam *Hetrusci Doctoris* sententiam, qua & juratam fidem fallendam esse censet, quoties utilitas subesse videatur, usque adeo quorundam Principum animos infedisse, ut de ejus veritate ne dubitent quidem. Unde fit, ut vel levi feliciū successuum aurâ cominus adspirante promissæ amicitiae vinculum toties rumpi, & sopitam paulisper bellonæ savitiæ nullo religionis metu excitari videamus. Multis scilicet eadem cum *Lysandro Spartanorum Duce* mens est, qui ap. Plut. in Lacon. c. 94. *veritatem nihilo meliorem mendacio esse ajebat, sed utriusq; dignitatem & pretium usu definiri.* Quum *Ludovicus XII.* securitatem potibus suis ab imminente *Anglorum* invasione *Ferdinando* reconciliatus speraret, parvi æstimabat, foedus cum *Joanne Albretano Navarrae Rege* sanctissimè initum frangere, eumque adeò extremo regni sui discrimini negato auxilio subicere. Cui longè plura ad sociare possemus, si commentarium, & non potius *Dissertatiunculam* conscribere in-

stituti nostri esset. Ubi fortassis meritò habebunt, quod gratulentur sibi Pontificiæ Religionis dicam an superstitionis defensores Principes, quod quum istud servandæ fidei vinculum ad ea pacta non porrigatur, quæ cum Hæreticis eriguntur, in multis rationi status sui præ cæteris consulere possint. Nam ubicunque Doctorum suorum de Jure Com-
Vid. Ferdin. de Castro Palao part. 2. op. Moral. tract. IV. Disp. 5. p. 26. d. 22. & quos ibi citat. mentarios evolvas, ab iis ne in dubium quidem vocari videbis, nullum inde periculum Conscientiæ imminere, si Resp. Catholica cum alienæ religionis Principibus firmata foedera frangat. Hinc mirum est quantis laudum præconiis modernum Hispaniarum Regem Philippum IV. cæteroqui factis modestus *Did. Saavedra* exornet, quod factas cum Batavis inducias rupturus dixerit, *nolle se hanc nomini suo notam inu-
 Symb. XXIV. ldea §. 2.* rere, ut vel horam unam pacem servaret cum iis, qui Deo & corona suæ rebelles essent. Imò *Famianus Strada* præter alias rationes, quæ Carolus V. Imperio ac Regnis suis se abdicaverit, hanc quoque refert, ut peccatum in eò commissum, quod cum Henrico Anglico aliisque Protestantibus pacem condiderit, eamque contra fidem Pontifici datam tam pertinaciter servavit, in altiori secessu illo tantò devotius expiare potuisset. Quasi verò, si naturam respicimus, jus istud servandarum promissionum, omnibus hominibus ita commune sit, ut religionis discrimen admittat. Neque etiam ex sacris Pandectis vel unicus locus produci poterit, quo firmiter satis ostendi queat, istud fieri voluntati Divinæ conveniens esse. Remitto *Bea. Lectorem* ad virum, si *Jo. Seldeni* judicium sequamur, summum Amplissimumque *Hug. Grotium* *lib. II. §. B. & P. c. XV, §. 8. seqq.* ubi plura & pro more suo accuratissimè hac de re elaborata reperiet. Istud interim addo, quod quemadmodum qui fide vel juramento hostem circumvenit, ipso etiam *Plutarcho* teste Deum à se contemni ostendit, sic ille admodum gravis criminis hujus soleat esse vindex. Notior est nobilis illa *Varnensis* Christianorum clades, quàm ut prolixius necessum sit eam hæc exponi. De *Carolo* verò *Burgundiæ Duce* observat prudentissimus, ipsaque

*lib. II. de
 Jur. Gent. &
 nat. c. 1X.*

*in vit. Ly-
 sandri.*

*Bonfin. Dec.
 III. Hist.
 Ung. c. 6.*

psaque experiētiā natus Galliae Scriptor *Phil. Comineus*, *lib. IV. Comē de gestis L. d. S. & Car. c. XIII.*
 quod ab eō, quo San Paulino Comiti Franciae Conestablio datam fidem vecorditer sefellit, die nunquam pristina fortuna usum alia alii supervenientia infortunia totum denique oppresserint.

§. 23. Sed & *Subditis suis* à Principe servandam fidem diximus, quamquam de hoc nonnulli sint qui litem moveant. Nos tamen redimendi temporis gratia controversiam illam nostram haut facimus, imprimis quum eam non imperite tractaverit *Jo. Bodinus lib. I. de Rep. c. VIII.* Ibi enim non levi rationum pondere contra aliquot Pontificii juris Interpretum obtinet, teneri omnino naturali obligatione Principem suis conventionibus, cum subditis quoque agitatis. Quarum conventionum illae non postremae sunt, quibus sub introitu regiminis Magistratus sive expressè, sive pro communi & praecipuo introductae primitus subjectionis sine tacite pollicentur, se inter cives jus ubique conservaturos, & salutem primario quidem integram communitatis, secundario vero singulorum procuraturos esse. Et hoc pacto antiqui Medorum, teste Herodoto, & Britannorum Regibus secundum Seldenum potestas deferebatur. Imò nulla resp. est vel unquam fuit, quae non sub his conditionibus alicujus imperio se subjecisse praesumatur. Atque hoc ad eas quoque pertinere probabile est, quae vi ac jure victoriae Regi alicui aut ejus familiae accesserunt. Nam licet instituta solemniter conventionem conditiones illae non expressè promulgatae aut repetitae fuerint, prima tamen pacta illa, sub quibus ab initio institutus Magistratus est, ad hunc quoque obligationis vim suam extendere videntur. Atque hinc praecipuam Tyrannorum characterem *Aristoteles* constituit, suum ipsius commodum spectare & quaerere, Regum vero, subditorum intentum esse salutem. *Ciceronis* hoc est: *Moderatori reip. beata civium vita proposita est.* Atque laudandus inde *Philippus Alexandri M.* successor, quod dixerit: *Reddere se imperium malle, quam exercere civium sanguine.* Quod cum *Homerico* illo ferè

in Elio.
in Analect.
Angl. c. III.

lib. VIII.
Ech. Nic. c. 7.
lib. 5. de Rep.

ap. Curt.
lib. X.
Iliad. II.



† *jud. Lipsio* coincidit: βῆλον ἐγὼ λαὸν σὺν ἐμῶν, ἢ ἀπολέσθαι. Huc per-
in Not. ad tinet aurea illa vox Adriani Imp. qua in concione sæpe dice-
Polit. re solitus est, *ita se remp. gesturum, ut sciret, populi rem esse, non*
ap. El. Spart. in ejus vit. propriam.

6. 80 §. 24. Iis verò verbis, quibus primariò salutem totius
 communitatis, secundariò verò tandem singulorum civium
 à Principe esse attendendam dixi, hoc volui, quod, si ratio
 status & incolumitas reip. sine damno unius vel aliquot sub-
 ditorum conservari non possit, sine injustitiæ notâ eligere
 istud quamquam immeritum Magistratui liceat. Neque in-
 juriam illis hoc ipso fieri inde colligitur, quum ipsimet con-
 senserint, aut consensisse semper præsumantur, publicã se uti-
 litatem cum dispendiò etiam propriæ, si casus ferat, observa-
 turos. Unde rectè Cicero ait, lib. III. de Fin. Vir bonus & sapiens
 & legibus parens, & civilis officii non ignarus utilitati omnium
 plus, quam unius alicujus aut suæ consulit. Atque hinc, si inno-
 cens quidam sed invidus tamen ad exitium ab aliqua repub.

† *Domin. à* pertinaciter postuletur, posse illum vindicandæ à majori pe-
Soto lib. V. riculo civitatis gratiã tradi, maximi † *Doctorum* itentidem
de Justit. & existimarunt, quidquid * *Ferd. Vasquius* contrà disputet.
jur. qu. I. Ex eadem quoque ratione nil impedit, quò minus belli ac
art. 7. H. imprimis obsidionum tempore subditorum domicilia di-
Grot. lib. II. rui, eorumque † *sata* comburi possint, si receptacula hosti-
de Jur. B. & bus præcludi, aut commeatus penuriã vires illorum accidi
P. c. 35. §. 3. reip. interest. Nimirum *vile damnum unius hominis pro pace*
& Henr. reip. ut hoc sensu rectè ap. *Tacitum Laco* dixit.
Bæch. Ann.

Pol. in Tac. §. 25. Atque hætenus quidem latè diduximus, teneri
Hist. l. I. c. Principem aut quemcunque magistratum iis, quæ verè pro-
 57. * *Lib. I.* miserit. Censetur autem verè promississe ex sententiã ejus,
Controv. In- cui promittitur, prout hic scil. promittentis verba ex com-
lust. c. 13. muni illorum usu aut negotii natura accipit. *Deus* enim
 † *Conf. O-* — non ut juras, sed ut is jurasse putavit
nosandri cui juras, audit, ap. *Hincmarum de divortib*
strateg. c. VI. Lotharii & *Tethberge.* Stulto ergò perfidiæ prætextu usi sunt
 * *lib. I. Hist.* Bæoti, qui urbem reddere polliciti non stantem, sed ever sam
 e. 37, reddi-

ap. *Thucyd.* ap. *Thucyd.* lib. V.

reddiderunt. Neque ab eodem crimine *Carolus V.* poterit excusari, qui supplicem sibi Philippum Landgravium veteratoriae Scripturae obtentu contra fidem datam, in custodiam jusit abduci.

§. 26. Cæterum ubi superius addidi, neque ipsam, neque per alios Principem promissa frangere posse, in factum Lacedæmoniorum digitum intendi, qui minus se perjurii contrahere existimantes si auxilia sociis contra confæderatos ferrent, inducias, quas proprio nomine condixerant, ex sociorum personarumpebant. Vide, quemadmodum hoc examinet *Albericus Gentilis lib. III. circa fin. cap. 18. de Jure Belli.*

§. 27. Atque hæc quidem præcipuæ leges illæ sunt, ad quarum observantiam ab ipso Deo tanquam Supremo Domino suo obstricti Magistratus sunt, quas propter Rationem Statûs aut utilitatem reipub. suæ transgredi citra maximum piaculum haut possunt. Verum quia Princeps non ita imperat, ut solus in terris Dominus sit, sed in consortio cum aliis rebusp. cum quibus quasi collegium quoddam Imperatorium constituit, consequens est, ut eas quoque conventiones & statuta, in quæ conservandæ communis amicitia gratiâ sive expressè sive tacitè omnes aut pleræq; consenserunt, observet. Atque ejusmodi quidem Statuta ea sunt, quæ juris gentium esse dicimus, quæque ideò si Rationi Statûs posthabeantur, propriæq; utilitatis ergò negligantur, indignissimum æquè ac iniquissimum esse arbitramur.

§. 26. Hi igitur limites illi sunt, intra quos conscripta imperandi licentia pro præsentis commodo reip. consilia undelibet cunque capere & exequi poterit. Quæ verò consilia ea sint, & unde pro Statu Civitatis adpositissimè sumi possint, in sequentibus cum Deo Dissertationibus ostendam. In quibus primò ea media, quæ cuivis reip. formæ salutaria esse possunt, ordine propositurus, illa demum subjiciam, quibus quilibet Status in specie ac separatim conservari possit.

§. 27. Antequam verò à generali hac tractatione abeam

am

ap. Jo. Stei-
dan. Comm.
Rer. gest. lib.
XIX.

Conf. & Ze-
sec. ad lib.

II. Flori;
cap. XV.

Justin. lib.


III. c. VII.




am, istud adhuc moneo, necessariam maximè esse Magistratui accuratissimam reip. suæ cognitionem, si salutari efficaciam Rationem Statûs velit observare. Nam si eò in loco remedia adhibeat, in quo tamen resp. non laborat, fieri facile potest, ut non modò salus publica non emendetur, ut sæpè potiùs in deteriolem conditionem transponatur. Quomodo verò cognitio illa acquiri & comparari possit, ostende-

Dissert. Acad. I. de Notitiâ Reip. Conf. Forstn. in lib. IX. Ann. p. m. 421.

rem heic, nisi jamdum propositi mei scopum transiliissem & istud ante me solitâ dexteritate atque industria egregiè præstitisset, decus nostri seculi, Jo. Henr. Bœclerus quem virum incremento literarum natum esse omnes fatebuntur cordati.





DE ratione status cū doctè differis, atque
testaris studii de ratione tui,
rem facis egregiam: Sic pergito quæso, laboris
nam benè sic ratio cedit Amice, tui

*Hæc gratulabundus Dn. Respondenti suo
contubernali atque Consalino per-
dilecto apposuit*

Christianus Thum/Hexa-
politanus.

Sonner.

WAs in Pallästen schwebt/
In dem sich Götter üben/
Ist diß was da geschrieben/
Das deinen Sinn erhebt/
Der nicht am Eitlen klebt/
Da Lust und List verstieben.
Der Preis für dieses Lieben
Ist/das man weislich lebt.
Wer so zu rathe gehet/
Der wird von dem erhöhet/
Der viel erhöhen kan.
Wer falsche Schmincke meidet/

Vnd



Vnd Recht und Vnrecht scheidet/
Der gehet Himmel an.

Joh. Anthon. Kiesling/ der
Arznei-Kunst Befliffener.

UT Status & ratio cautè tractetur in ipso,
Ex ratione decet de ratione loqui.
Si valeat ratio, Respublica salva manebit,
Ut ratio valeat, perficit alma Themis.
Hanc colis assiduâ, WITTICHI, mente, ma-
nuq;
Hanc colis, & fuci devia tesqua fugis.
I pede felici, felici sidere tende,
Dignè currenti regia porta patet.

Boni ominis causa

f.

CHRISTIANUS Kiesling/
LL. Stud.



Jena, Diss., 1658


ULB Halle 3
004 518 705



f

5b







12057.

1658, 12

12

DISSERTATIONES ACADEMICÆ
De

Ratione Status,

QUARUM PRIMAM
IN INLUSTRI ALMA JENENSI
PRÆSIDE

M. JOANNE SCHMIDELIO,

LIPSIENSE

ad d. Augusti, A. O. R.

clō loc LVIII.

Publica Disquisitioni exhibet

CHRISTIANUS WITTIGIUS,

LANDSHUTTA-SILESII,

H. L. Q. C.

JENÆ

PRELO NISIANO.

165

